

1079

AN. ROBERTI

AVRELII I. C. M.
RERVM JVDICATARVM
CVRIÆ SIVE SENATVS
PARISIENSIS,

Libri Quatuor;

NOVO ET INCOGNITO PLANE

Coelitus modo conscripti, notorio &
in hanc ET

actoris partibus suaniter deductam facundiam, decretorum
grauitatem, pronuntiatorum auctoritatem, & mul-
tijugam rerum solidarum scientiam plane
admirandi,

Commodo saltem Doctorum publicorum

Donec
hanc



LAMPRIVM

A COLLEGIOPALATHENIANO.

Quod est

IN NOBILI FRANGOPVRO

Handwritten signature or text at the bottom of the page.



MAGNIFICO, INTEGR-
RIMO, ET PRVDENTIS-
SIMO VIRO DN. NICOLAO GRY-
PHIO, Scabino & Consulari Nobilis
Reipublicæ Francofurtensis am-
plissimo, suo Mecenate.



HT qui pecuniam, Magnifice Gryphi, Vir am-
plissime, mutuam dat, & qui accipit, vterque
perpetuarum curarū fluctibus agitatur. Hic
de refusione pecuniæ, ille de hominis fide du-
bitat. Idem est in collationibus beneficiorū, & eorum
virtutes dicitur. Qui enim beneficia sua collocant, aut ea
collocant in notos, aut in ignotos. Si in notos homi-
nes, quod de fide eorum hæsitent non est: si in ignotos,
continuae exsurgunt curæ, ne ii, dilapidatis suis fa-
cultatibus non soluendo fiant. Qui accipiunt, cum vi-
deant tenues admodum suas facultates, & volubilitatē
fortunæ, non dilapsuras eas sperant, sed metuunt. Idem
Vir Clarissime, Magnificentia Tuæ mecum accidit.
Annus iam est, ex quo Tuam in me largissime promptā
benevolentia non sensi modo, sed reapse expertus sum.
Exinde nil magis in votis habui, quam vt eam beneuo-
lentiam recompensarem. Sed o me hominē! labor facul-
tatibus. Quis enim sum, qui patrem tuis beneficiis gra-
tiam referre velim? Qui æs alienū contrahunt, si id in-
tegrū refundere nequeunt, sortis vsuras numerant an-
nuatim. Et quod de eis querantur creditores nō habēt.
Quid si ego in re non multum dissimili eorū sequar ex-
emplum? Sortē beneficiorum vt reddam, prohibet me
paupertas. Vsuras vt dem, suadet ipsa æquitas, iubet
mutui contractus, postulat mea erga te obseruantia.
Accipe



A. N. ROBERTI

AVRELII I. C.

RERVM JVDICATARVM

LIBER PRIMVS

AD ILLVSTRISS. ET ORNATISS.

D. ACHILLEM HARLÆVM

Principem Senatus Francie.



VI latentes & abditas rerum naturalium causas inquirunt, (HARLÆE Princeps Senatus) fluminum perennes ortus fontiumque scaturigines Oceano referunt: inque eundem Oceanum aquas refluerere mirantur, & naturali velut impetu remeare. Senatus, cuius auctoritate salus totius Franciæ publicique concilii dignitas continetur, Oceani amplitudinem faciemque vasti maris maiestate sua refert & repræsentat. Senatus in victam imperii huius fortunam in medio Galliæ tumultuantis æstu iactatam sistit, nutantem confirmat, atque Oceani instar, qui totius orbis vinculum est, commotos fluctus finibus suis compefcit. Senatus consulta autem, quibus civilis scientiæ præcepta constant, quem alium auctorem laudare, aut ad quem, nisi ad te Principem Augustissimi Senatus a quo profecta sunt, referri cõueniens videatur? Est quippe rerum omnium quædam velut orbis, ut cuncta, unde deriuant, huc per vices reuertantur.